



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piaë, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

In dedicatione Templi

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

VIDI ciuitatem sanctam Ierusalem, nouam, descendentem de caelo, a deo paratam, sicut sponsam ornata[m] uiro suo.

Hæc ciuitas, sancta ecclesia: quæ idcirco ciuitas appellatur, quoniã a multis inhabitatur, & in quatuor mundi parres distenditur, habens habitatores dominum. Hinc Paulus dicit: Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Sancta dicitur, quia quotidie per baptismum sanctificatur. Vocatur quoque Ierusalem, quæ uisio pacis interpretatur, quia ad hoc laborat, ut uisionem dei in caelestibus percipiat. Noua dicitur, quia a uetustate peccati exiit. peccati enim perpetratio, ad ueterem Adam pertinet. Et ideo dum ecclesia a peccato originali mundatur, a uetustate peccati ad nouitatem uenit. Vnde Apostolus: Expoliantes uos ueterem hominem, induite nouum, qui renouatur in agnitione dei. Idcirco autem ciuitas hæc a deo descendere dicitur, quia ab exordio suam cum capite suo descendit. Vnde idem dominus dicit: Nemo ascendit in caelum &c. Aliter: In hoc descendere de caelo dicitur, quia caelestis est gratia, quod dominus fecit eam ecclesiam, iuxta illud: Ego dominus faciens te. Quicquid enim habet in fide, spe & charitate, cæterisque uirtutibus & baptismo, desuper datum est illi. Vnde Iacobus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens a patre luminum. [paratam,] Id est, fide cæterisque uirtutibus ornata[m]. unde meretur dici sponsa. [Sicut sponsam ornata[m] uiro suo.] Duo dicit, sponsam & uirum, in quo subintelligitur uxor, quia consuetudo est sacrę scripturę, ut sponso[m] appelleret uirum.

1. Cor. 3.

Col. 3.

Iohan. 9.

Isaie. 45.

45. & 48.

Iac. 1.

- Ioel. 2.** ros, & sponsas uxores. unde Ioel: Egrediatuſ ſpōſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Et ſe-
Exo. 4. phora ad Moysen: Spōſus ſanguinum tu mihi es.
Mat. 1. In euangelio ab angelo dicitur: Iosephi autem uir
Deu. 22, eius. Et in lege: Si inuenerit uir puellā de ſponſatā
 in agro, & dormierit cum ea, morte morietur, quia
 humiliavit uxorem proximi ſui. Spōſa ita q̄ nunc
 eſt ſancta eccleſia per fidem, ſpem & charitatem:
 ſed tunc erit uxor, quādo ad amplexus uiri (id eſt,
 ad contemplatioum dei omnipotentis) peruenerit. Quod tota die quidem in ſingulis agitur electis, generaliter aut̄ in fine cōplebitur. tunc om̄es
Mat. 25 in commune audient, Venite benedicti patris mei
 &c. [Ornatam] dicit, id eſt, in omnibus uirtutib⁹
Pſal. 44. compoſitam, iuxta illud Pſalmiſtæ: Aſſiſit regina
 a dextris tuis &c. [Et audiui uocem magnam de
 throno.] Thronus hic intelligitur, homines &
 angeli ſancti, in quibus habitat deus, ideo q̄ hæc uox
 magna, uox intelligitur omnipotentis dei. Quæ id-
 circo magna dicitur, quia de magnis loquitur deus.
 Ecce tabernaculum dei cum hominibus.
 Magna eſt enim dei gratia, ut homines illius ſi-
 ant tabernaculum, cuius magnitudinem non ca-
 pit mundus. [Tabernaculū dei cum hominibus.]
 id eſt, ipſi homines ſunt tabernaculum dei. Iohan-
 nes in hoc loco typum tenet ſanctæ eccleſiæ, quæ
 audit uocem dicentem, [Ecce tabernaculum dei
 cum hominibus.] quando per internam inspira-
 tionem, ſeipſam cognoscit eſſe dei tabernaculum,
 [& habitabit cum illis,] id eſt, cum illis qui taber-
Mat. 28. naculum dei eſſe meruerunt, unde ipſe dominus
Iſa. 19. dicit: Ecce ego uobiscū ſum omnibus diebus. [&
 ipſi populus eius erunt,] iuxta illud: Hæreditas

mea Israel. [Et ipse deus cum eis erit eorū deus,] habitans in eorum fide & dilectione, sicut ipse dicit: si quis diligit me, sermonem meum seruabit. & pater meus diliget eum, & ad eum ueniet, & mansionem apud eum faciemus. Vnde & idem Ioh. 14. Iohannes in epistola sua ait: Qui manet in dilectione, in deo manet, & deus in eo. Et ipsorum deus, omni potens est deus, cū quibus habitare dignatur. Vnde de Psalmista: Dominus pars hereditatis meae. Et ipse in lege loquitur, dicens: Filijs autem Leui non dabitur hereditas: em, ego autem hereditas illorum. Psal. 15. Nu. 18. Deu. 18.

Quando enim homo peccando recedit a deo, non est populus dei, nec deum possidet: sed dum penitendo reuertitur ad deum, populus dei est: quia possidet deum, & possidetur a deo.

Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. [Hæc uerba non ad præsentem uitam luctu & lachrymis plenam pertinet, sed ad futuram, quando omnis luctus auferetur a fidelibus, & perpetuum gaudium possidebitur, iuxta illud: Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur.] Intuendum autem, quare omnem lachrymam ab oculis sanctorum dicat auferendã, cum sufficere potuisset dicere: Absterget lachrymã ab oculis eorum. Sed sciendum quod diuersę sunt qualitates lachrymarum, quibus in hac uita affliguntur electi. Aliquando scilicet propter timorem tormentorum, ne ob demerita iniquitatis sue pœnis tradantur uel tricibus. Aliquando propter amorem & consortium supernorum ciuium. Postquam enim ueniam peccatorum consequuntur, uerum flere incipiunt, non iam quia timet damnari, sed quia differuntur a regno. Aliquando quoque deplorant aliorum pec-

Matt. 5.

1. Re. 15. cata, sicut Samuel flebat Saul, eo quod pœnituisset
 2. Cor. 5. dominum, quod cōstituerat eum regem super Is-
 2. Co., 12. rael. Et sicut Paulus flebat Corinthios, qui pro-
 pter fornicationē & idololatriā, nō egerūt pœnitē-
 tiam. Om̄em ergo la chrymam ab oculis electo-
 rū, nēq; iam differentur a regno, quod p̄sentiali-
 ter possidebūt: nēq; etiā aliorum peccata flebūt,
 quia iusto dei iudicio damnatis reprobis, nullus
 deinceps peccare poterit.

Et mors ultra non erit.

Postquam enim omnes a morte resurreximus, in
 electis iam ultra nō erit mors nēq; corporis nēq;
 animæ. Primus nanq; homo ea lege conditus est
 in paradiso, ut nisi peccasset, immortalis māssset:
 & completo electorum numero, ab illo paradiso
 terreno absque mortis interuentu transiret ad pa-
 triam cælestem. Sic autem est conditus, ut si pecca-
 ret, mori posset. Quæ mors, quia per peccatum ed
 incurrit, destructa est per domini mortem. Ideoq;
 locum in electis non habebunt postquam omnes
 ad uitam resurgemus, tales effecti, ut deinceps ne-
 q; mori nēq; peccare possimus. [nēq; luctus] erit
 in illa ecclesia, q̄ (ut superius dictum est) multis mo-
 dis sit in presenti. [nēq; clamor nēq; dolor erit ul-
 tra] Clamor in hoc loco intelligitur, quærela pra-
 uæ suggestiōis. Prius enim quam peccaret homo,
 in magna quiete erat, omniaq; membra sibi subie-
 cta, & nullo modo in aliquo repugnantia posside-
 bat. Sed postquam peccauit, statim clamorē pra-
 uæ suggestiōis cōtra se exurgente n̄ sensit, uidēs q;
 mulierem cōcupuit. factūq; est dei iudicio, ut qui
 noluit esse subiectus deo, nō posset habere mēbra

sibi subiecta. Hunc clamorem deinceps sustinemus,
 quo & Paulus se fatigatum ostendit, dicens: O in **R. 7.**
 felix ego homo, quia me liberabit de corpore mor-
 tis huius. uideo enim aliam legem in membris meis
 &c. Semp enim fit hic clamor, quia semper caro
 spiritui resistit. Sed cum corruptibile hoc induerit
 incorruptionem, & mortale hoc induerit im- **2. Cor. 13**
 mortalitatem, cessabit clamor tumultuari con-
 tra electos, quod eos in hac uita quiescere non sinebat.
 Ibi enim cessabit omnis praua suggestio, ubi nulla
 erit carnis delectatio. Sed & dolor post hæc non
 erit, quia uidelicet caro electorum ultra spinas &
 punctiones peccatorum, pro quibus dolere debe-
 ant, non generabit. [Quæ prima abierit,] quia in
 presenti seculo hæc omnia sustinet. Sed cum innoua-
 ta cælum & terra fuerint, tunc & ipsi electi innoua-
 buntur, & nequaquam præteritas passiones susti-
 nebunt. [Et dixit qui sedebat in throno. Id est, deus
 omnipotens qui præsidet ecclesie sue. [Ecce no-
 ua facio omnia,] ea scilicet quæ superius dicta sunt, in-
 ter quæ etiam cælum & terra innouabuntur.

IN DEDICATIONE EC-
 clesie. Lucæ VI.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis
 Non est arbor bona quæ facit fructum malum.
 Et reliqua.

Dominus Iesus Christus ædificator & con-
 seruator sue ecclesie, quales ad ædificatio-
 nem arbores querat, in exordio huius lecti-
 onis declarat, dicens: [Non est enim arbor bona
 quæ facit fructum malum: neque arbor mala, faci-
 ens fructum bonum.] Arbores spiritaliter in scripturis

homines significant, sicut ille cæcus, qui a domino illuminatus fuerat, dicebat. Video homines quasi arbores. Et Daniel in uisione Nabuchodonosor regis, arborem magnam ipsum regem interpretatur.

Marc. 8. Fructus autem arboris, opera sunt hoīs uel bona uel mala, sicut dñs in euangelio ait: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malū. Sed quæritur, quare ipse dñs dicat, Nō est arbor bona quæ facit fructum malum, neque arbor mala faciēs fructum bonum, cum legimus Petrum apostolum, arborem utique bonam, malum fructum fecisse quā deum negauit & magistrum: & e contra Iudā arborem malā fuisse nemo dubitat, & tñ fructum bonum fecit, quā cum cæteris discipulis dñm secutus est. Ad quod rñdendū, quia tandiu bona arbor, id ē, bonus homo bonos fructus facit, quādiu in bona intentione p̄seuerat. & mala arbor tandiu malos fructus facit, quādiu mala intentio p̄durat. Sicut em̄ ex radice arboris, p̄cedit fructus, ita ex radice intentionis, fructus operationis. & i deo necesse ē ut quālis fuerit intentio, talē p̄ferat fructū, dñō dicente: Qualis fuerit intentio tua, tale erit & opus tuū. Cæterum & is qui uidetur esse bonus, si a bona intentione cessauerit, malos fructus facere potest: & is qui putatur malus, si p̄pœnitentiā p̄terita mala correxerit, bonos fructus facere potest. Iuxta quem sensum & Dauid arborem utique bonam, malum fructum fecisse legimus. quā homicidium pariter & adulterium p̄petrauit: e contra Nabuchodonosor, cū esset arbor mala fructū bonum fecit, quā deum Danielis in uniuerso regno suo adorari iussit. Similiter & Iethro, cum prius mala eēt arbor, bonū fructū fecit, quā Moyse utile cōsiliū dedit. Paulus quæque cū bona eēt arbor, malos

2. Re. 11. p̄t. Iuxta quem sensum & Dauid arborem utique bonam, malum fructum fecisse legimus. quā homicidium pariter & adulterium p̄petrauit: e contra Nabuchodonosor, cū esset arbor mala fructū bonum fecit, quā deum Danielis in uniuerso regno suo adorari iussit. Similiter & Iethro, cum prius mala eēt arbor, bonū fructū fecit, quā Moyse utile cōsiliū dedit. Paulus quæque cū bona eēt arbor, malos

Dan. 6. suo adorari iussit. Similiter & Iethro, cum prius mala eēt arbor, bonū fructū fecit, quā Moyse utile cōsiliū dedit. Paulus quæque cū bona eēt arbor, malos

Exod. 13.

fructus fecit, quando ecclesiam dei est persecutus. Et
 gaudet, quod occulta sunt hominibus, deo placet, quomodo
 homines inter bonas & malas arbores discernere
 valeant, dominus manifestat cum adiungit:

Vnaqueque enim arbor ex fructu suo cogno-
 scitur. Sicut enim visibiles arbores ex fructu dis-
 cernimus, cuius generis, vel saporis sunt, ita spirita-
 les arbores (id est, homines) ex operibus discerne-
 re possumus, cuius intentionis sint. Nam sic qua-
 les mala arbor proferat fructus, vel ex quibus co-
 gnosci possit, Paulus apostolus denunciatur cum ait:

Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, auaritia, idolorum seruitus, uene-
 ficia, inimicitiae, contentiones & amulationes, irae,
 rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, ebrietates, comes-
 sationes, quae praedico uobis sicut praedixi, quod quae talia agunt,
 regnum dei non consequentur. At uero quales bona
 arbor proferat fructus, idem ipse ostendit cum adiungit: **Ibidem**

Fructus enim spiritus est caritas, gaudium, pax pati-
 entia, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, con-
 tinentia, castitas: aduersus huiusmodi non est lex.
 Hos fructus gratulabatur se protulisse Propheta,
 cum dicebat: Ego autem sicut oliua fructifera in do-
 mo dei, speravi in misericordia dei in aeternum & in **Psal. 52.**

seculum seculi. Qualem arborem etiam alibi descripsit,
 dicens: Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in
 uia peccatorum non stetit. Adijciens: Et erit tanquam lignum **Psal. 1.**
 quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum
 dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet. Et iterum: **Iu-** **Psal. 91.**

gnis ut palma florebit, & sicut cedrus libani multi-
 plicabitur. At uero mala arbor qualem finem ha-
 beat, dominus in euangelio ostendit, cum dicit: Omnis
 arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem **Mat. 7.**

mittetur, qualem arborem describit Ieremias propheta, cum dicit: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & non uidebit cum uenerit bonum. De qua adhuc subditur: Non enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant uuam.] Spina & rubus, arbores sunt plenæ aculeis, ita ut uix aut nullo modo absque læsione tractari possint: quibus contrariæ sunt uitis & ficus, quæ & gustum dulcis saporis, & fragrantiam habent suavis odoris. Ergo per spinam & rubum, uitia & peccata significantur, de quibus primo homini dictum est, Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi. Sunt enim nonnulli, in quibus ita aculei peccatorum abundant, ut eorum societas absque læsione haberi non possit, quoniam cum male in seipsis uiuant, proximis amari, asperi & insuauis existunt uel male uiuendo, uel iniurias irrogando. Sunt uero alij, qui uelut uitis, dulcem celestis patriæ memoriam in suis operibus ostendentes, & fragrantiam bonæ opinionis reddentes, ad amorem celestem alios pertrahunt, non solum in terrenis substantijs necessitatē indigentium sustentando, sed etiã in spiritualibus eruditionibus uerbum uitæ sua uiter ministrando. Sed quia illi in quibus compunctiones facinorum abundant, habere non possunt, domini uoce declaratur, cum dicitur: [Non enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant uuam.] Possumus per spinam & rubum, hæreticorum prauam doctrinam accipere, quæ animas audientium cruentat & laniat. Hi autem instantum fugiendi sunt, ut (inquãtum fieri potest) nulla participatio, nec collocutio eum eis habeatur.

Gen 3.

Iere. 17.

Quia (sicut ait scriptura) qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Vnde nos Apostolus admonet, dicens: Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia peruersus est huiusmodi. Sed quamuis spina borrum non gignat, solet tamen uitem cum botro sustinere. Cernimus enim aliquoties in uineis caricem ex spinis uitem cum botro sustinere. Et cum ex alta radice borrus procedat, frequenter tamen spina uitem cum botro sustentat. Quid ergo faciendum? Nunquid propter spinam relinquenda est uua? Non. Sed (sicut ait quidam de sapientibus) sic colligendus est borrus, ut tamen caueatur spina. Iuxta ergo hanc similitudinem, quia hæretici in suis assertionibus quædam bona & utilia docent, ab ecclesiasticis uiris prius discernendi sunt, & postmodum bona carpenda, & mala fugienda. Quod in scripturis ueteris testamenti figurate ostenditur, quando egredientibus filiis Israel ex Aegypto, præcepit eis ut mutuarent a uicinis suis uasa aurea & argentea non pauca, & expoliarent Aegyptum. Per aurum enim nitor eloquii designatur, Salomone dicente: Thesaurus desiderabilis regescit in ore sapientis. Per argentum, quod sonat & lucet, subtilitas prædicationis exprimitur, Psalmista teste: Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. Quasi enim uasa aurea & argentea ab Aegyptiis mutauimus, quando ab hæreticis uel paganis sententias utiles nostræ fidei necessarias discernimus: quod illi facere debent, qui in fide catholica ita radicati sunt, ut subtilitas hæreticæ prauitatis nullo modo eis nocere possit. Vnde dominus alibi in lege figurate præcepit, dicens: Cum egressus fuerit

Ecc. 13.

Tit. 3.

Exod. 12.

Pro. 21.

Psal. 11.

Deu. 21.

Iudi. 3.

T T

ris ad pugnam cōtra hostes tuos, & tradiderit eos dominus deus tuus in manus tuas, captiuosq; eos duxeris, si uideris in numero fœminarum puellã, quæ oculis tuis placeat, uolueris q; eã habere uxorem, introduces eam in domum tuam, ita tamen, ut prius radas cæsariẽ capitis eius, & præcidas summitates unguium, maneatq; in domo tua lugens patrem suum & matrem uno mense. Postea uero ingredieris ad eam, & erit tibi uxor. Quali enim spiritaliter ad bellum contra hostes nostros pergitur, quãdo cum hereticis de fide & religione Christiana conflictum habemus, cum q; diuina auctoritate a nobis superati fuerint, si uiderimus in eorum disputationibus sententias nostræ fidei utiles & necessarias, debemus eas accipere nobis in uxorem, quia uxor uiri sapientia uocatur, ita tamen, ut prius radamus cæsariem capitis eius, & præcidamus summitates unguium, id est, quicquid hereticum, quicquid distortum & prauum in eorum doctrina inuenitur, abijciamus, & respuamus. Sed & si aliqui ex hæreticis ad catholicam fidem conuerti uoluerint, recipiendi sunt, ita tamen, ut pristinum errorem anathematizent. Exponens autem dñs quid dixerit in eo qd ait, [Nō em̄ de spinis colligunt ficus neq; de rubo uindemiã unã,] adiunxit dicens:

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonũ, & malus hō de malo thesauro, profert malũ.] Thesaurus dicitur loc⁹ ubi ponitur aurũ, qz thesis græce, latine positio dicitur. Thesaur⁹ ergo in hoc loco intentionem significat cordis, iuxta illud qd alibi ait; Vbi est thesaurus tuus, ibi ē & cor tuũ. Bonus ergo homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, quia de bono desiderio cordis

Matt. 6.

procedit loquela boni sermonis: similiter & malus homo de malo thesauro profert malum, quia ex mala intentione cordis, procedit fructus prauæ operationis, iuxta illud quod dominus ait: Ex corde enim **Mat. 15.** exeunt cogitationes malæ, adulteria, ebrietates, homicidia, furta, blasphemia & his similia. Vnde ad huc subiungit, dicens: [Ex abundantia cordis os loquitur.] ¶ Vbi forte querit aliquis, quare dicat, [Ex abundantia cordis os loquitur.] cum saepe homines, & maxime illi qui hypocritæ appellatur, alia pro alijs mentientes, & fallant alios, & fallantur ab alijs. Sed facilis ad hæc parer ratio, quia si hominibus hæc occulta sunt, deo tamen manifesta sunt, qui clarius uidet ea quæ sunt in corde, quam tu uiderere possis quæ sunt in facie, dicente scriptura: Quæ sunt in corde hominis, oculi tui uident domine. Illi ergo soli ex abundantia cordis os loquitur, cuius oculi nuda & aperta sunt omnia, & ante uidet intentionem, quam lingua proferat sermonem. Sed non semper latere possunt homines hypocritæ, quoniam quæ in corde ardentur diligunt, frequenter in sermone proferunt. Qui enim toto corde deum sciunt, etiam sermonibus suum desiderium ostendunt, iuxta illud sapientis: Mentibus instat amor, sermonibus æstuat ardor. Sed quæ sunt nonnulli, ut diximus, qui ut homines fallere possint, iudicium dei non metuunt, recte increpatio subinfertur, cum dicitur:

Quid autem uocatis, me domine domine, & non facitis quæ dico? [Dicere enim domine domine, ad fructum bonæ arboris pertinere uidetur, & ad boni thesaurum cordis: sed non facere quæ iubet, magis ad contumaciam pertinet, quam ad obedientiam: quoniam sicut Apostolus ait de fal-

- Tit. 1.** sis fidei professoribus, Confitentur se nosse deum factis autem negant. Quales dominus per prophetam reprobatur, dicens: Populus autem hic labijs me honorat, cor autem illorum longe est a me. & alibi in euangelio: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnū cælorum. Vnde factis uirginibus ad ianuam sponsi clamitantibus, Domine domine, aperi nobis, diciturū se esse testatur: Amen dico uobis, nescio uos. Suos enim confessores, præceptorum suorum uult esse operatores. Vnde adhuc similitudinem adiungit, dicens:
- Omnis qui uenit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis est. ¶ Et pulchre postquam dixit [& audit sermones meos.] adiunxit [& facit eos.] quia ut ait Apostolus, Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et ipse in euangelio saluator cum dixisset, Beati qui audiunt uerbum dei, adiunxit, & custodiunt illud. Vnde alibi dominus discipulos suos beatificat, dicens: Scitis hæc: beati eritis, si feceritis ea. Hinc & Iohannes in Apocalypsi sua cum dixisset, Beatus qui audit & legit uerba libri huius, continuo adiunxit: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Illos enim specialiter dominus suos recognoscit, qui cum recta fide bona opera adiungunt. Vnde Psalmista, cum in laude sanctorum diceret, Innocabant dominum, & ipse exaudiebat eos, adiunxit: Custodiebant testimonia eius & præceptum quod dedit illis. Et alibi, Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Qui ergo talis est, merito ipsius domini imitator efficitur, sicut subiungitur:
- Rom. 2.**
- Luc. 11.**
- Ioh. 13.**
- Apo. 1.**
- Psal. 98.**
- Psal. 185.**

Similis est homini ædificati domum, qui fodit in altum, & posuit fundamenta supra petram: ¶ Homo iste per similitudinē dominus Iesus Christus est: quia ædificat domum, uidelicet sanctam ecclesiam, non ex lapidibus & lignis uisibilibus, sed ex preciosis & imputribilibus animabus sanctorum. De qua per prophetā dicitur: Domus tua decet sanctitudo domine in longitudine dierum. Qui fodit in altum, quia terrenā cupiditatem radicatus a cordibus fidelium suorum abicit. Posuit autē fundamentū supra petram, quia fidem ecclesie super seipsum constituit uel stabiluit, sicut Petro, cui a firmitate petre nomen impositū est, dicit: Super hanc petrā ædificabo ecclesiam. Petra em̄ Christū significat, sicut ait Apostolus. Quod uero subiungit, Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & nō potuit Iea moueri, manifeste patet: quia sæpe persecutionibus concussa est ecclesia, non tamen a fide commota, aliquādo paganorum infestationibus, aliquādo falsorum fratrum peruersis dogmatibus, aliquādo impulsione dæmonum, uel propriæ fragilitatis: sed contra hæc omnia firma stat ecclesia, quia nō in se confidit, sed in Christo, dicēs cū ppheta: In petra exalasti me, deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Et iterum: Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Vñ & subdit:

Psal. 92:

Matt. 16

1. Cor. 10

Psal. 60:

Psal. 39.

Fundata enim erat supra petram, id est, supra Christum. De quo ait Apostolus: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. Sicut em̄

in ædificationibus nihil fundamento prius ponitur, sic quicumq; amorem dei omnibus rebus præponit, & si pulsari potest, tamē cadere nescit: quia superiecta titubare nesciunt, quando fixa stant ea quæ continent. Vnde alibi de ecclesia dicitur, Et portæ inferi nonn præualebunt aduersus eam.

Mat. 6.

HOMILIAE ALIQVOT DE
SANCTIS, TVM PROPRIAE
singulis, tū communes omnibus.
IN DIE CELEBRI SANCTI

Andræ apostoli.

Matth. III.

In illo tempore Ambulās Iesus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius. Et reliqua.



IN omnibus operibus suis, quæ dominus Iesus Christus nobis admirandum ostendit, hoc declarare dignatus est, quia si uirtutes aīę uolumus accipere, prius tentationū stimulos debemus superare. Deniq; prædicaturus mundo euangelium, prius a Iohanne baptizatus. secessit in desertum, ibiq; quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus ieiunans, trinam tentationem diaboli superauit; inde egressus, ambulans iuxta